quosuis ad intromittendum ipsum Actorem in bona Concitati Contentis luci onerata addit et pœnam banitionis de non impugnanda eius modi intromissione interponit decreti præsentis vigore.

## Wlostowski   Astitiones binæ

Nobilis Albertus olim Andreæ Wlostowski Actor in et contra Nobilem Laurentium olim Joannis Zera in Wlostowice residentem ad soluendum et pro condemnatis luci satisfaciendum Concitatum In causa ideo quia ipse in contrarium iurium et libertatum Regni quibus Theloneum in pallatinatu podlachiensi sunt sublata ausus ausus est ab eodem Actore in via libera in oppido Nyeshie audnia quatuor sanctas mensuras Wysocens rationis quatuor florenos in vim vim cuiusdam iniusti et iniusti Thelonei recipere et extorquere prout defacto recepit et extorsit Citatione ipsa de his latiore. Ad officium præsens per Ministerium Regni Dere Lichum Propenski iuridice clamati et non comparentem Domi num Concitatorium satisfactorium iudicii astitit contentaque luci decerni affectauit Et Officium præsens Castrense Capitaneale [illegible] visa et Considerata Citatione clamatis et non comparentis contumatia et termentate iuri communi ac tenoris Citationis inhærendo eidem actori suæ parti Contenta luci decernet super prædictis luctu et bonis eius omnibus ac in vim [illegible] executionis eidem actori suæ parti Ministerium et Nobiles duos quosuis ad intromittendum ipsum actorem in bona concitati contentis luci onerata addit et pœnam banitionis de non impugnanda eiusmodi intromissione interponit Decreti præsentis vigore.

Nobilis Mathias olim Stanislai plenski Actoris in et contra Nobiles Joannem olim Jacobi Szczepiorowski Jacobum olim Sebastiani Myszkowski ad soluendum et pro condemnatis luci satisfaciendum Concitatos ideo quia ipsi stipendia et sumptus pro expeditione bellica [illegible] contra hostes Tatarski et kozakos aliosque licentiosos homines eidem actori dare et respondere qui actor in castris publicis toto tempore pro suo et nostro toto tempore in castris publicis suo sumptu in suis equis seruiebat noluerunt neque curant per quod pœnas eo in passu sanctas incurrerunt Citatione ipsa de his latiore officium præsens Castrense Capitaneale [illegible] visa et Considerata cetera vide supra

## Wlostowski   Contumax

Nobilis ~~Albertus~~ olim Andreæ Wlostowski actor Nobilem Melchiorem olim Alberti Wlostowski Citatum Ratione de totalibus et integris bonis immobilibus in hæreditate Wloszi olszanka sitis per olim Nobilem Albertum olim Mathiæ Wlostowski parentis sui moderno Actori modo donationis coram actis hisce insinuatis vi et violenter expulsionis usus et possessionis pacifica priuationis Citatione ipsa et pro decernenda eadem reinductione ac radio Capitaneali Castri [illegible]

22305 2805

de his latiore Officium praesens Castren. Capitan. Pransen. per
Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosenski iuridice
clamatum et non comparentem in termino primo impetra Annotatus
et Regestri ordine ad missionemque officii praesentis judicii concinuat.

# Sichlucki binae Rumationes

super Innotescentiam Castren. Capitan. Pransensem secundam Exe
quutorialem Quia Nobiles Joannes et Christophorus Sichlucki pro terminis Actor
praesentibus Nobiles Petrum Sim Adami Kramkowski de Kramkowka
haeredem et Margaretham Krzywinska consortem ipsius citauerat
pro decernendis super ipsis et bonis eorum omnibus Vadiis triplicatis
Decreto Anteriori Officii praesentis interposito per citatos vero suc
cubitis ob non admissam in bona sua Actori praefato intromissionem
vigore ipsius per euocam in Officio praesenti In causa ideo quia
vero eadem Actori per destructionem metarum fundi actoris proprii in
bonis Sobieski sitam id unum sulcum citra vel ultra in area Actoris
propriis ademerunt et ad suam aream adiunxerunt in eadem area
arbores saliceas exciderunt et pro commodo suo converterunt proque
excisione alia citatione agitur in dannum Actoris maximum ad
quingentas marcas polon. taxatis iuridice perductorum et obtento
rum citatione ipsa cuius copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis
Providus Stanislaus Kalenayko ab una integra ante terminum
praesentem septimana in bonis citati propriis posuisse et publicasse
recognouit. Officium praesens Castren. Capitan. Pransense in contu
maciam ipsius citati pro termino praesenti per Ministerialem Regni
Generalem Nobilem Benedictum Prosenski iuridice clamatis
et non comparentes super ipsis citatis et bonis eorum omnibus
Vadia marata triplicata per haeres Actoris intriplo correspondentia
decernit ad rumandumque et eiiciendum ipsos citatos de bonis
eorum omnibus. Actoresque in ea fortiter de Brachio Regali
intromittendum in locum officii sui in vices gerentem ab officio
praesenti deputatum Nobilem Mathiam Pisanka una cum aliet
Nobilibus duobus addit et deputat et ne ea rumatio quouismodo impe
diatur poenam banitionis interponit Decreti praesentis vigore

super Innotescentiam Castren. Capitan. Pransen. secundam Exequutorialem
Qua Nobiles Joannes et Christophorus Sichlucki de Sichluckie Actor
pro terminis praesentibus Nobiles Petrum Sim Adami Kramkowski
Kramkowska haeredem et Margaretham Krzywinska consortem
ipsius citauerat pro decernendis super ipsis et bonis eorum omnibus
Vadiis triplicatis Decreto Anteriori Officii interpositis per citatos
vero succubitis ob non admissam in bona sua Actoribus praefatis intro
missionem vigore ipsius perlocutoria in Officio praesenti Ratione vulnerum
Officio Wojskiea monstratorum et inscriptorum centum marcis polon.
iuridicalibus taxatorum illationis iuridice perductorum et obtentorum
citatione ipsa cuius copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis